



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Vasa Sacra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

## VAGATIO. VECTIGAL. VENATIO.

men facit prius ea, quæ dilatatione nō recipiunt, vel quæ necessario præcedunt inventarium, ut per scutatio substantia hereditaria, vel ea, quæ nullo modo possunt obesse pupillo<sup>1</sup>, sed bene prodesse, non præsumitur in dolos secundum Bar. suprā. Modus autem facieū in ueterarium habetur c. de admittut. l. tutores. & de quibus debet fieri, in d.l. tutores.

<sup>2</sup> M A T E R filij tutelam perdit, vel si incontinenter viuat, vel si ad secundas nuptias transeat: sec. Pan. in c. vxoratus de cōuer. coniu. de quo est gl. quā sequitur Bal. in auth. matri, & auia. c. quam. mu. tu. of. fun. po.

### VAGATIO.

Vagatio mentis ex propositione in oratione peccatum est, & tollit frumentum orationis secundum Th. secunda secunda, q. 83. 2. 13. & est filia acidiae. Quando autem peccatur vagando in officio, supra, Hor. 6. 19. contra quod dicit Aug. Psalmis & hymnis cum oratis Deū, hoc versetur in corde, quod profertur in ore.

### VANAGLORIA.

Vana gloria, supra. Gloria mundana per totum.

### VASSACRA.

Vasa sacra mundana seruari debent, & solum à factis hominibꝫ tractari, de custod. euc. c. 1. & facta in utilia vel consumpta vetustate debent combari, & corū cineres in loco honesto, ne cōculcentur, reponi. c. altaris. de cōsecr. d. 1. & c. in sancta. de re. do. c. ad hanc. Quomodo, & quando est mortale peccatum tenere immunda huiusmodi, supra. Corporale, §. 1. à quo possunt consecrari, supra. Consecratio, §. 12. & quām graue delinquunt ministri in huiusmodi negligentes.

### VECTIGAL.

Vectigal, supra, Gabella, per totum.

### VENATIO.

VENATIO triplex, vna hominū oppressiva, quæ semper prohibetur. d. 6. c. non est. §. 1. itaque. in fin. Alia arenaria cū bestia dentata, quæ similiter prohibetur. c. qui venatoribꝫ.

d. 86. Alia est quæ exercetur in capis & sylvis, capiendo animalia, quæ nullius particularis personæ sunt, & hac licita est secundū se, quia naturaliter dominium animalium est homini datum. Contingit tamē per accidens esse peccata multis modis. Primo, quando venatio fit cum damno proximi, vel in persona, vel in rebus, ut quia venator exponit se periculo occidenti, vel vulnerandi proximū ex incautela, vel destruit segetes, semina, vineas, vel huius modi: & tunc iudica mortale, vel veniale, secundum qualitatē actus, vel periculi, cui se exponit, & ultra peccatum tenerur de damno per eum illato, vel eius occasione. Secundū, si sunt personae, quibꝫ venatio est prohibita, ut clerici. c. in omnibꝫ, de cle. ve. si se in hoc exerceant. Et constitutis in sacris personis suspicionis imponenda statuitur, ibid. c. Episcopum.

<sup>2</sup> A L I Q. v. 1 intelligunt, quod nō interdictum nisi venatio clamorosa, si appetem nō sit cum clamoribus, licet etiā monachis, & aliis, & tēdere retia, & laqueos silenter. An autem tales mortali delinquent faciendo cōtra canem, teneo quod non, quando nō faciunt in contemptum, nec in scandolum, quia non est præceptum antono mosice, nec de materia necessitatis. Siu men essent moniti, & nollent desistere, non excusarem eos à mortali, quā viderentur contempnere. Episcopis autem omnino prohibitum est. c. 1. dili. 33. Pan. tamen in c. 1. de cle. ven. dicit quod aliquando etiam licet episcopo, sed raro, non causa voluntatis, sed necessitatis: ut si faciat ad exercitiū, vel appetitum prouocandū, & huiusmodi. Et sine scandalo: licet Pif. dicat omnino prohibitum.

<sup>3</sup> TERTIO est peccatum mortale, quādo diebus festiuis fit, taliter quod omittuntur divisa necessitatis ad salutē, ut missa, & alia, ad quæ quis tenetur ex præcepto, vel si impediunt alios, ne possint audire: In aliis autem diuinis communiter est veniale, vel nullum: quia ad hanc nō tenemur. Quāto, ex nimio affectu, qui tantus posset esse,

